

suros Deum Potentiae; surrexisse Philosophos, contendentes dicendum  
suum Sapientiae; suasisse Mercatores, nominandum Deum Pecunia, cui  
omnia obedirent. Cum verò interveniret Advocatus Pauperum, gravi-  
ter ferens, quod se inconsulto restanti momenti tractaretur, omnes illas  
sententias refellit arguere reiecit. Quod si enim dicebat, vocetur Deus Po-  
tentiae, neglecti sunt infirmi; si Sapientiae, nullo loco aut numero habebun-  
tur indocti & imperiti; si Pecuniae, concubabuntur pauperes & egeni, qui  
planè nihil, quod offerant, habent. Placuit ergo vocari Deum Clementiae,  
ut eius benignitate ex quo omnes gaudere possent. Placuit etiam sacro-  
sancta Trinitati, Salvatorem nostrum vocari IESUM, ut eius clementia  
& benignitate, salute & gratia, quicunque voluerint & optaverint, ex  
quo frui possint. Ille enim nos à malis liberavit, & pro malis, quae meriti  
fueramus, bona comparavit ac preparavit, pro peccato puta justi-  
tiam, pro ira clementiam, pro maledictione benedictionem, pro ca-  
ptivitate liberationem, pro morte vitam, pro interitu salutem, pro  
inferno paradisum. O nomen salutiferum! o nomen exoptandum! Quis  
IESUM non magnificat, non fervide diligat, non in quâvis afflictione  
& anxietate ad illum accurrit?

Est enim nomen omnimodæ & efficacissimæ virtutis: nam quemad-  
modum, uti verissime dixit Origenes, nulla species peccati tanta est,  
quæ non sit superior Iesus; ita nulla operatio tam nobilis est aut diffusa,  
tam utilis aut miranda, quam non præstet & eminentissime superet è ep-  
yphrætæ IESUS. Necessaria Virtus est (1) infantes regenerandi: III.  
Et hanc habet benignissimus IESUS. Namq; in eius nomine Apostoli <sup>infantes re-</sup>  
baptizabant, in eius nomine hodieq; omnes infantes baptizantur & ado-  
ptionem Filiorum DEI consequuntur. Salutaris virtus est (2) peccato- (2)  
res convertendi: Et hanc habet clementissimus IESUS. Hic enim reci- peccatores  
pit peccatores; propter quos ad pænitentiam vocandos apparuit in hoc  
mundo, ut & Ipse & omnes de eo testantur Prophetæ & Apostoli. Divina  
virtus est (3) Homines sanctificandi: Et hanc habet Sanctissimus IE- (3)  
SUS. Ipse enim nos sanctificat per Verbum & Sacra menta, ut serviamus homines san-  
cti in sanctitate & iustitia omnibus diebus vita nostre. Difficillima  
virtus est (4) Deum exorandi: Hanc etiam habet omnipotentissimus (4)  
IESUS. Namq; non tantum, quicquid nos in nomine ipsius Patrem rega- pronobis  
ve Deum exo-  
rat,